



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER
EOBANVM || HESSVM.||**

Hesus, Helius Eobanus

Lipsiae, 1557

VD16 B 3198

Psalmvs CXX. Ad Dominum cum tribularer clamaui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

*Auxilio tua dextra leuet me magna salubri,
Namq; electa animo sunt tua iussa meo.
Nam dubitante tuam quæsui corde salutem,
Nam rapior totus legis amore tue.
Da uita superante tuas me dicere laudes,
Ut sit mandatis officiosa tuis.
Sicut ouem pater errantem me quæso requiras,
Mandati oblitus non ferar esse tui.*

Finis Octoniorum.

P S A L M V S C X X .

**Ad Dominum cum tribulares
clamaui.**

A R G V M E N T V M .

*Est precatio qua Propheta orat se defendi
aduerius mendacem linguam, hoc est, ab ini-
pia doctrina, quam comparata cutis telis &
ardentibus. Quod ad titulum attinet, vario-
ant interpretes, quidam a genere toni dictos
putant, quod alta uoce canerentur. Quidam
exponunt canticum exultationum, hoc est,
conclusionis, quod in fine sint cantati. Gen-
eranica translatio a loco nominatos putat,
quod in æditiore parte templi sint decantati.*

*Quam noceat puro uesana calumnia uerbo,
Hæc imo ex animo ducta querela monet.*

Pefit



Pessis enim fidei non ulla nocentior extat,
Quam que ex infidijs lingua dolosa nocet.

Canticum graduum.

Cum miser aerumnis duris affligerer, et me
Irata traheret fors violenta manu:
Auxilium Domini supplex in uota uocabam,
Cassa nec auxilio uerba uocantis erant.
Eripe me Deus inuidiae de fauce bilinguis,
Ne noceat grauibus lingua referta dolus.
Quid tibi contulerint uane mendacia linguae?
Quid rogo perficiet lingua dolosa tibi?
Id quod acuta uiri potuerunt tela potentis,
Quod de iuniperis torrida pruna potest.
Reuquod in exilio cogor durante morari,
Sub casulis Cedari tristibus esse comes.*
Multa diuq; uiris sum conuersatus iniquis,
Qui tranquilla odio commoda pacis habent.
Pacis amans quoties illis de pace loquebar,
Arma auida toties corripuere manu.

P S A L M V S CXXI.

Leuaui oculos meos in montes.

A R G U M E N T U M .

Est promissio Ecclesiæ, quod Deus eam
respiciat ac audiat, et si non nunquam deser-
ta uidetur. Habet autem promissioni subie-
ctam elegantem & necessariam precatiuncu-
lam.

Hortas.

Narrat pericu-
lum.
Propositio.

Amplificat pe-
riculum impio-
rum dogmatum
insignibus simi-
litudinibus.

Propositio.
quo repetit p
ositionem &
periculum ex
ponit.

Iudeis ad me-
ridiē erant A-
rabes seu Ce-
dar, et Mezech
ad septentrio-
nem.